



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

An Religiosus factus Episcopus votis, & præceptis Religionis teneatur.
punct. 24.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

Expulsione in eius subiectionem incidunt, quia a principio votum fecit de obedientia praestanda non huic, vel illi determinante Praelato sed legitimo Praelato quicunque sit. At Episcopus sublata Religiorum exemptiones, legitimis illorum Praelatus. Ergo Episcopo tanquam legitimo Praelato obedientia ab expulso praestanda est. Sed cui Episcopo praestanda si? Nuarr. dicto comment. 2. num. 34. affirmat esse Episcopum originis, quia hic solum est permanens, & immutabilis neque a voluntate expulsi dependens, reliqui vero superiores ratione domicilij, habitationis, seu beneficii acquisiti mutari possunt ex voluntate expulsi relatio domicilij, habitationis, seu beneficio ac proinde in voluntate expulsi esset sui superioris electio, quod non viderur dicendum. Ceterum vetius censeo non esse in has angustias redigendum expulsum. Nam ut bene expendit Suar. dicto lib. 3. cap. 6. num. 8. lexem contingit Religiosum expelli in loco remotissimo, a loco sui originis, molestissimumque illi esse eum locum adire, Episcopoque illius se presentare, & forte non leuioris incommodi, tum propter occasionem vagandi, que inde nasci potest. Tum propter pericula spiritualis damni, que in loco originis esse solent. Non igitur imponenda est illi obligatio, cum nullo iure fundata sit. Quocirca potius existimo, illum Episcopum esse expulsi superiorum, qui est illius, si clericus, & non Religiosus est, quia cum in modo viuendi expulsi secularibus clericis omnino simili sit, superioris clericorum, expulsi superior erit. Vnde Episcopum illius loci, in quo monasterium a quo cicutur, existit, superior est expulsi, dum ibidem commoratur, vel quia peregrinus est, vel quia ibi sit domicile. Et ratio superioris facta hoc continentia: quia Episcopus est superior omnium, qui in sua diocesi existunt non excepti sed ille expulsi expulsione amitti exemptionem. Ergo illius Episcopus superior est. Et hinc constat non posse esse Episcopum originis nisi ad recipiendos ordinis, ut est clericorum secularium, qui nemo potest dubius Praelatis, & inter se independentibus simul subici. Si igitur expulsi subiectus est quoad sui regimen Episcopo habitacionis, vel domicilii nequit simul subici Episcopo originis. Huic ramen Episcopo domicilij, vel habitacionis non ita subiectus quin absque illius consensu mutare domicilium, vel habitacionem possit, sicut potest clericus secularis: nam ex vi voti obedientiae non se priuare libertate faciendo habeat mutationem in statu expulsoris, sed solum dum intra Religionem, & sub Praelatorum regularium regimen exsistat, & vitam communem degit: Sic ita tradit Suar. 2.4. de Relig. tract. 8. lib. 3. c. 6. num. 16.

9. Tertia difficultas grauior est, quibus in rebus teneatur expulsi Episcopo obediens? Breuiter respondeo teneri in iis, quae ad obliterantiam castitatis, & paupertatis statui expulsoris accommodatae, iudicata fuerint moraliter necessaria, quia cum astrictus his votis existat, penes superiorem, cui regnum expulsi incumbit, erit illorum obliterantiam procurare, & que necessaria fuerint praescribere. Item est de his, quae pro Religiosis status decentia, & honore in eo vita genere considerando necessaria fuerint. Nam cum expulsi vere Religiosus sit, statumque Religiosum non amiserit, obligatus est eum vivendi, modum seruare, qui Religiosum statum in eo vita genere non dedecet. Quapropter si le ludis, & commissariis, aliisque perpetrat, in Religioso status ignominiam, cogi praecepto, & penis ab Episcopo potest, hec posset a tuo Praelato regulati, cum intra Religionem esset: Sic tradit Suar. dicto 2.4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 6. n. 18.

10. Prater supra dictam obligacionem nullam aliam expulsi habet, neque Episcopus imponere potest. Vnde non teneatur, neque per se obligari potest ad ieiunia, austeriorates, pœnitentias, orationes, aliaque similia a regula sue Religionis praescripta etiam sub peccato obligare. Sic Suar. dict. cap. 9. n. 11. & seqq. Lessius lib. 2. c. 41. dub. 15. fine. Sanch. lib. 6. summ. c. 9. num. 50. Layman. lib. 4. summ. dub. 5. c. 13. q. 2. & alijs plures apud ipsos Ratio est: quia Religiosus non confiteri promittere regula, illiusque præceptorum obliterantem, nisi dum a Religione alitur, & gubernatur, & in aliorum conformato viuere permititur. Tum quia regula apostola est ad regendos Religiosos in communis vita, non ad regendos Religiosos a Religione separatos. Tum quia eius obliteratio extra Religionem est longe difficilior.

11. Hinc deducitur, expulsum, qui clericus non sit, obligatum non esse ad horas canonicas recitandas, quia harum obligatio solum ex confutidine annectitur Religiosis ad chorum deputatis intra Religionem degentibus; non autem illi, qui a Religione separantur, & quorum separatione deputatio ad chorum celst. effectus quam cessaret, si ad gradum Religiorum laicorum transire; & ita sustinet Suar. in praesenti dict. c. 6. n. 12. & lacus tradidimus, tr. 7. de horis canonice. ap. p. 2. punct. 1. s. 3. in fine.

12. Secundum deducitur, non esse obligatum habitum sue Religionis deferre, quia hic habitus est ad significantum illius gestatorium membrum esse talis Religionis illique uni-

tum, & sub illius regimine, quod non habet locum in expulso. Neque obstat, Episcopum ad illum deferendum obligari, id metis a Religionis regimine separatus existat: Quia Episcopo præcipitur expulse, vt postea dicemus, secus cito. Item Episcopus separatus a Religione per ascensem ad superiorem statum, atque ita Religiosi habitus gestatio cedit in Religionis honorem secus in cito contingit; & proinde illi, & Suar. dicto cap. 6. num. 14. immo non solum cito obligans non est eum habitum deferre, sed nec potest, si co per sententiam priuatus sit, vt ferè semper expulsi priuatus, ex quod illius gestatio in ignominiam Religionis reputatur celera: Sic Nauarr. comm. 2. de Regularib. n. 36. & lib. 3. confi. salm. iii. conf. 51. alias 78. Lessius, lib. 2. c. 41. dub. 15. num. 112. Sanch. lib. 6. summ. c. 9. n. 55. Suar. t. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. c. 6. n. 14. Debent tamen habitum honestum deferre, & ad id cogi posse. At non tenetur ad habitum clericale defendum, si clerici non sunt; quia nullus est texus hanc eis obligacionem imponens, & ex natura rei id non sequitur: Sic Suar. dicto cap. 6. num. 14.

P V N C T V M . XXIV.

An Religiosus factus Episcopus, votis, & præceptis Religionis tenebatur?

S V M M A R I V M .

1. Religiosus factus Episcopus voto obedientia, sicut pauperis, & astrictus astrictus manet, sed solum summo Pontifici obediens tenebatur.
2. Superior doctrina declaratur.
3. Proponuntur alia vota, que in diversis Religionibus existuntur.
4. An predictis votis obligari, Affirmat Suar. Et ratione addiscit.
5. Esi hac sententia ut secundum consulenda sit, contraria priuabilitate non caret.
6. Expenditur votum S. Maria de Mercede, & Ministrorum primi Societatis Iesu, affirmaturque non obligari.
7. Expenditur secundum; & tertium. Idemque de eis affluitur.
8. Expenditur quartum & quintum votum Societatis Iesu, affluitur quintum obligare.
9. Satiationibus à Suarez n. 4. adductis.
10. Episcopus obligatus est habitum sue Religionis deferre.
11. An Episcopus si habitus sue Religionis relatio secularis Episcopi habitum induat, excommunicationis incurrit. Affirmant aliqui, sed rectius alii negant.
12. Episcopus retento colore habitus sue Religionis potest se conformare cum Episcopis secularibus in forma, seu figura illius.
13. Episcopus nullo tenetur regula præcepto. Et satius ratione dubitandi.
14. An saltem ex debito morali tenetur? Arguitur pro parte affirmativa.
15. Verius est nullo debito morali Episcopum regularem obligari & solvantur contraria.
16. Episcopus transgrediens votum castitatis, paupertatis, & obedientiae penitentia reguli status in transgressione nulligatur;
17. Episcopus non est obligatus ieiunia, austeriorates, &c. a reguli prescripta seruare.
18. An possit carnes comedere feria sexta, vel Sabbatho, in quo Natalis Domini incidit. si ex præcepto reguli id sic prohibitum? Negat Barbo. Oppositum tenendum est.
19. Obligatus non est officium diuinum iuxta rituum sui Ordinis recitare, neque focum secum habere.
20. Omnia superius dicta intelliguntur, & procedunt in Episcopo titulari non habenti subditos.
21. Episcopus, qui Episcopatum renuntiavit, aut illo priuatus est non reincident in regularium Praelatorum subditos nem. Secus si degradarecurit.
22. Supradicta exemplum Episcopo competere a tempore electione per Pontificem confirmata.
23. An regularis Praelatus gaudente priuilegiis gratia, & indigenitu, illius Ordinis Religionis concessis? Negat plures sed immerito.
24. Si verò gratia, & priuilegia in Religionem deriventur, etere possunt, illis non fruuntur, nisi de Praelatorum confirmatione.
25. An ea dicta sunt de Episcopis competentis Religionis clericis in Cardinales Romanas Ecclesiæ? Affirmat communis sententia. Sed si a Cardinalatu deponantur, illum renunciavit, in Praelatorum regularium obedientiam reincident.

26. Hoc de Trinitate extenditur probabilitas à Sanchez ad regalarem electionem in Abbatem, aliamve dignitatem propriam diocesum habentem, nemini alteri subiectam.

1. TE Religiosum factum Episcopum voto castitatis obligari in comperto est apud omnes. Quia aliter autem tenacesis voto paupertatis disponit punct. 19. diximus. Quapropter in praesenti tollim agendum est de voto obedientiae, alitque Religionis praecipit. Et quidem te manere affectum voto obedientiae, sicut voto paupertatis, & castitatis feret omnes Doctores docent. Quia cum manes verus Religiosus, & de essentia Religiosi status sint illa tria vota castitatis, paupertatis, & obedientiae, effectiv omnibus illis affectum est. Sed cui Praelato obediens affectus sit? Respondeo ex necessitate non oportere aliqui actualiter esse subiectum; sufficit si in habitu, & potentia subiectus sit, quando Superiorum habuerit, ut contingat in Religioso assumpto ad Pontificatum, qui non ideo debet esse Religiosus, & votis castitatis, paupertatis, & obedientiae ligatus, tamen superiorem non habeat, quia id est per accidens, Sanchez lib. 6. cap. 6. numer. 6. Actualiter soli Summo Pontifici, ut supra dicto Religionis Praelato subiectis, non autem Praelatis regularibus. Sic docent: D. Thom. 2.2. q.38. art. 11. ad 4. & q.185. art. 8. in corp. & ad 3. & 4. Nauar. comm. 3. de Regular. numer. 46. Colmar. cap. 1. num. 28. de testament. Valen. 2.2. disp. 10. q. 3. punct. 10. Lessius lib. 2. cap. 40. dub. 14. num. 113. Sanchez lib. 6. jum. cap. 6. num. 2. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 17. num. 1. Layman. lib. 4. sum. tract. 5. cap. 2. numer. 9. & alij plures apud ipsos. Probo te Pontifici esse subiectum ex voto, siue etiam ante assumptionem, quia nulla est causa, quare à Pontificio obedientia eximaris supposito quod obedientia voto affectus sit. Quod vero nemini alteri subiecti constat. Non enim subiectis Religionis Praelatis, quia ut habetur, cap. unico 18. q. 1. hac canonica electio a iugio regular monachis & professio- nis absolvitur, & consequenter ab obedientia, quae secundum regulam Praelatis regularibus debebatur. Neque obstat, te illi: obedientiam promissum: quia id intelligere debes, cum vere superioris sunt, secus quando ab illorum potestate eximeris, siue contingat in Generali Praepositu, qui nulli Praelato regulari obediens tenetur; quia nullus illi superior est, tamen voto fecerit de obedientiis Praelatis regularibus. Alteri autem à regularibus Praelatis, & Pontifici obedientiam non promisisti, non igitur ex illo voto aliis subiectus est. Quaro eti in aliis casibus iure sic disponente tenearis obediens Archiepiscopo, Patriarcha, vel Primatu, id ex iure Ecclesiastico, & ex iurisdictione per illud concilia prouident, non ex voto obedientia Religiosi; neque illa est obedientia secundum regulam, Suar. t.4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 17. num. 4.

2. Hinc sit, te obligatum esse obedire Pontifici ex vi voti obedientiae in iis, quae fuerint secundum regulam: secus in iis que extra, vel praefer regulam antea fuerint. Quia non illimitata, sed limitata iuxta regulam obedientiam promisisti. Suar. dicto cap. 17. num. 5. Sanchez lib. 6. sum. cap. 6. num. 5. Secundo sit, ex eo solum quod Pontifex supradictum exemptionem à Praelatis regularibus auferat, ut vere auctor potest, Praelatis regularibus te manere sicut antea subiectum. Quia voto obedientiae Praelatis regularibus factum integrum manet, solumque suspensus erat ab illo voto comparatione Praelatorum regularium ob exemptionem ab illis: quare fulbata exemptione Praelati regulares tui superiores sunt, illisque ex voto obediens tenetis, Sanchez dicto c. 6. n. 4. Valsquez 1.2. disp. 16. c. 8. ad finem, n. 9. Layman lib. 4. tract. 5. c. 1. n. 9.

3. Supradictis votis constitutis Religiosum statum annexatur alia vota in diebus religiosis, ut in Religione B. Mariae de Mercede emititur voto incumbendi redemptionis capiutorum, in Minimum. Religionis voto vita quadragefimalis, in Societe Iesu, voto quartum solemne obediendi Summo Pontifici in missisibus peragendis. Deinde emittuntur alia quinque vota simplicia. Primum est de non relaxanda paupertate, nec admittenda eius relaxatione. Secundum est de non procuranda dignitate aliqua directe, vel indirecte in Societate. Terrium de non procuranda, vel acceptanda praelatione, vel dignitate extra Societatem, nisi obedientia intercedat. Quartum de discentiis ambientibus supradictis dignitatibus. Quintum est de audiendo Papalito Generali ne in statu Prelacionis constituto, cuique collata sequendo, si meliora vita fuerint.

4. Dubium ergo est, an omnibus his votis obligari in Episcopum assumptus eodem modo, ac ante assumptionem eras obligatus? Et de ultimo voto Societatis nemini potest esse dubium, cum pro statu assumptionis emitatur: unde si ex tempore non obligatus, fructuaneum, & iuritorum est: cum ante assumptionem ad nihil obliget: & ita de hoc voto non auctor Valsq. 1.2. disp. 16. cap. 8. num. 89 fine, Sanchez lib. 6. sum. cap. 6. num. 15. Suar. t.4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 17. num. 8. & 17. lib. 6. c. 19. De aliis votis affirmat Suar. dicto c. 17. n. 8. & Ferd. à Castro. Sam. Mor. Pars III.

colligitur ex Soto lib. vlt. de iustitia. vlt. art. vlt. post medium, & vlt. sed contra, quatenus excusat Religiosum Episcopum ab obsecratione regulae illiusque praecipitis quia ea non voruerat, tacite innuens si ea vorueret ad illius obsecrationem obligari. Ratio vero esse potest; quia obligatio voti est personalis, ergo comittatur personam in quoconque statu existat a alias vouchs calulum virginicum recitate non teneretur hoc voto translatu ad Episcopatum. Deinde vota paupertatis, castitatis, & obedientiae perseverant in Episcopatu, & obligant ad sui obsecrationem, quatenus cum Episcopatu non pugnant. Ergo etiam haec vota perseverare debent, & obligare, quatenus eorum obsecratio cum status alii potest obligatio non pugnat. Tunc quia sunt accessoria statui Religiosi. Tum quia non pugnant absolutorum cum obligatione Episcopatus, sed potius plura ex illis Episcopatus perfectionem iuvant. Quod discutendum per singula vota fieri manifestum. Si enim aliquid votum pugnaret, maximè vorum incumbendi Redemptioni Capiutorum, & in Societe vorum obediendi Pontifici in missionibus, & infideles. At hoc vorum non pugnat cum Episcopatu non habente curam animarum. Deinde non pugnat cum Episcopatu curam animarum habente, si Pontifex ea occasione in residencia Episcopatus dispenset. Ergo hoc vorum in Episcopatu obsecrari potest. Votum vero à Minimis factum de abstinentia quadragefimali regulariter ab Episcopo obsecrari potest, & maxima cum edificatione, & fructu. Quod si aliquando illa abstinentia muneri Pontificali obliteratur, id per accidens est, nec tollis voti absoluti obligationem. Vota vero Societatis de non relaxanda paupertate, nec procuranda dignitate intra, vel extra Religionem, & ambientibus denunciandis nullo modo obstat muneri Episcopali, ut de se constat, ergo in eo statu obligant, & scrunda sunt.

5. Nihilominus etsi supradicta sententia vt securior confulda semper sit; at probabilitate non carer supradictorum votorum obligationem suspendi durante Episcopatu: sic docet expressè Sanchez lib. 6. sum. c. 6. num. 15. Suar. t.4. de Religione. tract. 10. lib. 21. cap. 3. à num. 5. Ratio est, quia ea vota, ut ex confunditione, & praxi recepta constat, precipiantur emitti, & à Religiosis emittuntur, vt statu communis confervantur & crederent scilicet regularum obsecratione, specialique Religiorum fructu, & secularium astimatione: eum ergo post Episcopatum assumptum à statu communis separatus existat. & ab omni regulari obsecratione exceptus, ut statim dicemus, videris sane pro statu illis votis non obligari. Proतते corum obsecratio longe difficultior est extra Religionem, quam intrā, pricipiu in statu illo honorifico Episcopatus. Igno non est credendum Religionem pro eo tempore velle suis Religiosis illorum votorum obligationem imponere neque Religiosi eam subire. Sed potius est oppositum presumendum.

6. Deinde expendo singula vota, ut hæc presumptio efficiatur colligatur. Neque enim Religiosus S. Mariae de Mercede plenum potest se voluntate obligari voto Redempcionis Capiutorum, nec Religiosus Societas Iesu voto obedientiae promissionibus peragendis instar clerici secularis, sed instar Religiosi, & vi Religiosi membrum, & in illius conservacionem. Cum igitur assumptione Episcopatus finit à Religione exempti, & instar clericorum secularium, non est presumendum illis votis pro illo statu se voluntate obligari. Et idem argumentum fieri potest de voto abstinentiae quadragefimalis, non enim presam debet obligationem illius extendit ad statum secularium, & à religione separantem, maximè cum ad confirmationem Religiosi status emissum fuerit. Aperte id videtur constare in illis. Nunquid votis à Professo Societatis emissis. Nam in primis hoc emittuntur, vt conferuari, & angeli totum corpus Societatis in suo bono statu posse, vt expressi S. Ignatius, 10. p. confitimi in prime. ac proinde non recipiunt extra corpus Societatis confitentes. Deinde figillatim quodlibet votum expendo. Votum namque non laxandis paupertatem, sed votum illam restringendi expressè loquitur de his, qui actualiter intra Religionem existunt. Nam vt habetur in declarat. huius voti 6. p. cap. 2. lit. A. ille innuat paupertatem, qui præterit in conuentu totius Societatis congregata, vel per seipsum villa ratione, redditus, & professionem vilam in proprium vnum, vel ea admittit ad fabricam, vel factriam, vel ad aliquem alium finem præter id quod ad collegia, & domos probationis attinet. Quæ certè non possunt intelligi de Religiosis extra Religionem existentibus, cum ipsi liberam bonorum administrationem habeant, plureque redditus professiones in proprium vnum, neque ipsis datum est pro sacrificia, & fabrica domus Professe admittere, cum superiores Societatis non sint. Neque item in Conventu torius Societatis congregantur ipsi, vt aliqua ratione tum suffragiis, tum diligenter paupertatem innuare possint. Non igitur hoc voto pro statu extra Religionem intelligitur.

7. Secundum voto aperitissimum est non comprehendere Religiosos Episcopos, cum ipsis in eo statu incapaces

sunt Prælationis Religiatione. Tertium vobis debere videntur extra Randi, neque accepto si dignitatem extra curatione, & accepto e cau de non pretest, oblati finitum Religiosus incepit. Religiosus incepit & submissionem sibi finem. confit. §. 6. Religiosus est extra humilitatem, & submissionem Religiosus incepit. Religiosus incepit & submissionem sibi finem. confit. §. 6. Religiosus est extra humilitatem, & submissionem Religiosam, coquita est. Non igitur de ipso voto invenitur: & ita docet S. Ignatius. art. 4. de Relig. tract. 10. lib. 6. c. 9. n. 13.

8. Quare am de denunciandis ambientibus videbatur existentes ex Regulam regimen obligare: quia illud facile exequi possunt. Sed dicendum est oppositum: quia in eius ratione præcipue spectatur finis à S. Ignatio assignatus, et, ut Societas in suo statu humilitatem conferuet, & augementum prædicti religiosi personas, quæ obligationem habent esse in conservandi, & augendi: haec autem nulla alia sunt, quam sunt de Societate, & Societatis corpus constitutus, & ratióne paries bono totius respicere obligantur. Ergo nullo modo respici personas, quia ratione sui status extra eos Societatis sunt. Et confirmatur: quia illi obligantur debet dicere ambientes qui in Societate direxerit, vel indirexerit, Prælationem procurare possunt, vt confiteat manifeste ex ipsa sententiā verborum: io. p. confit. §. 6. ibi: Erit etiam summi momentū, vt perpetuò felix Societatis status conferetur diligentissime ambitionem malorum omnium in quauis Republica, vel Congregatione matrem submoveat, ac adiutorum ad dignitatem vel Prælationem villam direxerit, vel indirexerit querendam in Societate præcludente. Quod vix omnes Professi se nihil inquam ad eam obtinendam acturos, & agere animaduertentes delaturos Deo, ac domino nostro videntur. Et soli Religiosi intra Societatem existentes procurandæ Prælationis in Societate habiles sunt. Ergo illi solum votum denunciandi ambientes intelliguntur. Refas ergo, ut solum quintum votum ad audiendo Generali consilium Episcopos, atque extra Societatem in dignitate constitutos comprehendant: quia pro eo tempore emulsum est, & forte Gab. Valquez 1.2. disput. 165. c. 8. de hoc solo voto expremit obligari in episcopatum assumptos tacitè immensam reliquiam vota in eo statu non obligare.

9. Neque obstant rationes pro sententiā Suar. n. 4. adducta. Ad primam concedo voti obligationem personalem esse, afficeretque videntur in quounque statu, & quounque tempore, sed non pro quounque statu, & pro quounque tempore, sed pro statu, & tempore, quo videntur suscepere obligacionem. Cum autem Religiosus illorum votorum obligationem suscepit pro tempore, quo inura Religione existit, illiusque membrum est: efficeret obligandum non esse extra Religionem constitutum. Ad secundum respondeo vota castitatis, pauperitatis, & obedientiae perseverare, & obligare in statu Episcopali, quatenus cum eo statu compati possint: quia emissa fuerant absolute ad statum Religiosum constituentum. Imo neque ut accessoria statu Religioso, sic, sed ut accessoria statu Religioso in vita communis, & ad maiorem illius communis perfectionem. Quapropter exclusus ab illa communitate, & a Religioso statu in vita communis, excluditur ab illorum votorum obseruatione. Ad tertium concedo, reliqua vota ex propria voluntate emissa, si absque illa restrictione emissa sint, obligabunt illi statu Episcopatus, quia presumuntur pro quounque statu emissa esse. Secus est de votis ex prescripto Religionis emissis, sicut solum presumuntur emissa in conseruationem, & augementum Religionis, quatenus est unum corpus.

10. Prædictæ obligationi proxima est obligatio habitum Religiosum deferendis: quia obligationis non à regula imponitur, sed iure communis: sic enim habetur cap. clerici 2. de vita, & honest. clericor. ibi: Pontifices autem in publico, & in Ecclesiis superindumentis lineis omnes videntur, nisi monachi fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem. Et licet verbum oportet decentiam, & conuenientiam: potius quam obligationem significet: ut confundetur sic interpretante grammaticum inducit obligationem, ut cum Panormit. ibi, n. 6. notauit Suar. t. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 17. num. 9. & tradidit omnes. Ratio vero huius præcepti, & obligationis est, ut Episcopus recordetur se religiosum esse, & iuxta illius status obligationem mores suos componat, ut bene dixit D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 8.

11. Quod ut Episcopus regulatus habitu sue Religionis dimisso, facultatis Episcopi habitum induat plures doctores censem excommunicationem latam, cap. 2. Ne clericis vel monachis in 6. aduersus Religiosos deierentes habitum sue Religionis incurent: quia vere habitum sue Religionis di-

mittit, cum Religiosus sit Sic Sylvest. verba Relig. 7. q. 11. Rimb. lib. 2. de irregular. cap. 1. n. 13. Recitum tamen alij Doctorum ne comprehendi: quia prædictus textus in e. j. expresse loquitur de Religiosis, intra claustrum sub obedientia Abbatis viventibus, non de illis, qui extra claustrum, & extra obedientiam Abbatis sunt constituti. Præterea illa excommunicationem imponitur, ut periculosa euagandi materia regularibus subtrahatur. At Episcopus sæculari Episcoporum habitu in datus peritius ei necessarij priuiter: sicuti dicitur. p. eligiosum utem in Episcopum assumpsit iam illetatem, & submissionem Religiosam, coquita est. Non igitur de ipso voto invenitur: & ita docet S. Ignatius. art. 4. de Relig. tract. 10. lib. 6. c. 9. n. 13.

12. Ceterum auctoritate Clemens VIII. ut haberetur in Romanis ab ipso reformato concilium in Episcopis regularibus, ut recte color habitus sue Religionis posse locomonitare cum Episcopis sæcularibus in forma, seu figurati, atque ideo cum breto clericali, & cum mantello eiusdem coloris religionis. Rocherum vero portare non possunt, sed corrugata neque super pellecum superimponunt in aliis Ecclesiasticis. Sanch. lib. 6. cap. 6. numer. 22. Barbola de potest. Episc. tit. 1. c. 4. n. 17. Layman. lib. 4. sum. tract. 1. cap. num. 9.

13. His succedit obligatio regulæ. Cum ergo Episcopus videntur obedientiam secundum regulam, ab eoque voto ob Episcopatum liber non sit, videtur regulæ præcipiunt obligare debere, maximè si cum Episcopus munere non pagat, sed potius illius perfectionem promovet: ita tradit. D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 8. Sylvest. verbo relig. 6. quæst. 10. Man. Rodriguez. tom. 2. quæst. regul. quæst. 18. art. 3. & alij relaci à Sancti. lib. 5. sum. cap. 6. num. 16. Ceterum omnino dicendum est, nullo regulæ præcepto regularum Episcopum tenet debito legali, & culpam obligante; quia expressè eximitur a fugo regulæ, illiusque obligacionem dicit. cap. vno. 18. q. 1. ibi quem canonicæ electio a iugo monachice professionis absolvit, & merito; quia cum sit extra regimen religionis, non debet illius regulis astringi: Haenam primo, & per se continuam religionis astringuntur quia in illius conservationem & augmentum seruantur. Et deinde, quamlibet patrem illius communitatris, atque adeo quamlibet religiosum. Cum ergo Episcopus regularis extra illam communitatem sit constitutus, nec illius sit membrum, illius legibus astringi non potest. Et ob eandem rationem astringi non potest his religionis consuetudinibus, quia haec solum obligant ibidem vienes. Et ita sustinet Sanch. lib. 6. sum. cap. 6. n. 17. Sanc. tom. 4. de relig. tract. 2. lib. 3. cap. 17. & num. 6. Layman. lib. 4. sum. tract. 5. cap. 1. n. 10. & alij plures apud ipsos. Neque obstant regulæ Episcopum astringi voto obedientiam secundum regulam præcipiat: ut cum Pormifex, qui solus est illius superior non præcipiat eas regulares obseruantias, ieiuniorum, vigilarum, & orationum, sed folum à religione, prælatique illius sint præcepta, & quibus regularis Episcopus exemplus est, nullam illorum obligationem habet.

14. Dixi ad regulæ præcipiunt obseruationem non tenet regularem Episcopum ex debito legali, hoc est ex obligatione illius legis, & regulæ. An vero tenetur falcem ex debito morali, & honestatis: videtur concilium ex doctrina D. Th. dicta 9. 185. artic. 8. dicente regularem Episcopum secum dispensare posse in regularem obseruationem, secundum quod requiri necessitas persona, vel officij, vel conditionis hominum, cum quibus vivit. Si igitur dispensare necesse est, obligatio falcem ex honestate intercedere debet. Deinde legifacit falcem ex honestate obligatum legibus à se latis, etiam ab illis debito legali exemplis sit, quia rationes naturali difformes velle alios legem à se latam observare, quam ipse non scruta. Præterea turpis est pars, que non concordat coti. Ergo turpis est religiosus Episcopus, qui alii religiosi cum facile possit non se conformat. Denique Episcopus in statu perfectionis est constitutus. Ergo desistere non debet ab obseruatione regularum, que habeat perfectionem promovere possunt.

15. Quod si roges, hoc debitur morale quam obligacionem inducat; Caec. tom. 1. opus. 6. tract. 25. de obligat. & obsernat. præcept. quæst. 2. affirmat inducere peccatum veniale. Idem inveniunt Couarru. cap. 1. num. 18. de Testam. Man. Rodriguez. tom. sum. cap. 10. num. 4. negantes solum peccatum mortale in regularum violatorum, & merito ita affirmandum est, si concedamus ex debito morali, & honestatis obligatum esse religiosum

religiosum Episcopum ad obseruationem regularum. Nam omittere illud quod iure naturali debitum est ex recta morum institutione, decencia, & honestate indecens est: & ratio naturali aduersum. Ergo est culpa saltem venialis. Quapropter verius censio nullo debito moralis Episcopum regularem obligari ad regularum obseruationem: quia nec obligatus ex statu Episcopali, nec ex statu religioso. Ergo ex nulo capite. Non ex statu Episcopali nam licet ex statu perfectio- nis, obligatio perfectionis actus exercere, sed non omnes, sed ad summum proprios illius status: atque adeo sufficien- ter illius obligationi satisfaciet, si actus illius status proprios exercet, quales sunt, si suarum oculorum sumuntur. leges ferendo, Sacra menta ministrando, verbum Dei seminarando, necessitatibus temporalibus, & spiritualibus prouidendo, seque verum pastorem verbo, & exemplo ostendendo, &c: sicut Episcopus secularis, qui haec praestat, muneri Episcopali suf- ficienter satisfacceret. Ex statu vero religioso non potest debitum morale obferiandu regulas. Tum quia nullum adefit debet cum, ubi integra est a lege exemplio. Tum quia esto sit religiosus, non tamen est pars illius communitatis, pro cuius conseruatione, & augmento regulae sunt statuta. Et ex his patet sollempniter ad opposita fundamad. Ad D. Thom. dicimus non loqui de propria dispensatione, sed de indulgentia, qua non debet vi ablique rationabilis causa is qui in suis actionibus non solum perfectum, sed quod perfectius est procurare debet.

16. Hinc deducitur censuris, & penis a regula statutis in transgressores suorum votorum non ligari Episcopum votum castitatis, paupertatis, & obedientiae transgredientem: quia integrè a iugo regulæ exemptus est: *Sic Sotus lib. 10. de inf. s. v. art. ult. vers. fed contra, Sanch. alii res. de summa tract. sc. 1. n. 10. Barboſa de potest. Ep. lib. tit. 1. cap. 4. n. 14.*

17. Secundo daturus est etiam de censuris.

17. Secundo deducitur, non esse obligatum ieiunia, austera-
ritates, & corporis afflictiones à regula præscripta obseruare;
quia absolutè à iugo regulæ est exemptus, ac proinde non so-
lum ab illius pena, sed etiam ab illius obligatione. Sotus,
Sanchez, Layman, Barbosa *suprà*.

18. An vero possit catnes comedere feria 6. vel Sabbathio, in quo Natalis dominus insidet, si ex praescripto regula id futu-
prohibitum: Negat Barbolा dicto p.14. quia rectius in cap. exp-
licari. ultim. De obsernat. ieiunii, concedens illis diebus clu-
carnium exceptis eos, qui ex veteri, vel regulae obseruationi
tenentur. Ergo Episcopus afflumptionis ex religione, in qua
illis diebus eius carnium interdicuntur, nequat carnis velici.
Quod a fortiori procederet, si non ex *cole* praecipito regula
ex eoto a regula praescripto, ut in religione Minimorum,
obligatio esset. In quo casu idem sentit *Suar.* statim referen-
tibus. Verum opportunitum venendum est. Et quid enim ex
praecipto regula eius carnium interdictus esset, docente
Caietan. tom. 1. opuse. tract. 55. q. 4. *Couartuu.* cap. 1. num. 18. de
fastament. *Sanchi.* cap. 6. num. 20. *Suar.* tom. 4. de relig. tract. 23.
cap. 5. 17. in fine p.19. Et ratio est, nam etiam religiosus Epis-
copus ante Episcopatus afflumptionem teneretur illis diebus
ex regulari obseruatione a carnis abstinentia, afflumpio Epis-
copi iam non tenetur, cum a iugo regula exemplis fit
ergo non exceptius a praeiuglio illius cap. explicari, de obser-
uationi. Ob eandem rationem censeo item idem dicendum
ut vouliser ex praescripto regulari illorum dierum abstinen-
tiam; quia velut pro diuinis vota ex praescripto regulari facta
estante regule obseruatione cessant: & ita tradit *Sanchi*
b. 6. sum. cap. 6. num. 20.

19. Tertio deducitur, non esse obligatum officium diutinum
extra ritum sui ordinis recitare; quia est ab ordine separatus.
bba in dicto cap. clerici de vita, & honest. cleric. Azor. 1. part.
sfit. moral. lib. 12. cap. 7. q. 4. Barbolæ de postu. Epif. i. t. 1. n. 15.
Sanch. lib. 6. c. 6. n. 25. Quartò deducitur obligatum non
fecum sicut habet: quia ea obligatio solum est ex pre-
cripto regule, à qua ipse exceptus est: & ita tradit. Cale-
n. 2. z. quæf. 185. art. 8. dub. 1. Azor. tom. 1. lib. 11. ca. 7. q. 4. Sanc-
h. 4. tract. 8. lib. 13. art. 17. n. 16. Sanch. vero dicto c. 6. n. 21. solum
debito honestatis illum concedit.

20. Restant tamen aliquae difficultates enodandæ. Prima, quæ dicta intelligantur de Episcopo titulari non habente subdotos. Videatur intelligi non posse: quia non apparet ritima caufa, ob quam hic Episcopus ab obletantibus regulis eximatur; haec enim exemplio non est concessa præcognitione dignitatem Episcopalem, sed potius ob munera, & ligationes, quea secum portat illa dignitas: at dignitas non est subdotos his omnibus munibet, & obligationibus est. Ergo illi dignitati exemplio concessa non est: & ita tradidit Hoftlein, cap. quod Dei timorem n. 9. de statu Monach. in ibidem n. 5. q. 2. loan. Andt num. 15. Sed contrarium amplectens est ut probabilitus; co quod in favore dignitatis Episcopalis exemplio à Prælatis regularibus, & à religiosis recessione concessa sit. Non enim decebat inferioribus Prælati subditos esse, qui Ecclesie princeps est, nec qui in culmine magisterij, statu perfecto est constitutus docet, & regi ab illis, qui per-

fectionis viam sectantur. Præterea; quia est Episcopus ritularis actu non habeat subditos, quos regat, id est per accidentem nam per se illos habet, & ius regendi, quandoenque sub titulo alicuius Ecclesiæ consecrat. Denique consecratione constitutus est caput alicuius Ecclesiæ cum potestate, & iure illam gubernandi; ergo ex vi illius separatur a religione, & extinxitur a iugo regulæ. Ita ita substinet Azo.r.t.lib.12. c.10.9.7. in fine. Sur.t.4. de relig. tract. 8.lib. 3.cap.17.3.2. cap. 4. Sanch.lib.6.lam.c.6.2.2.

21. Hinc deducitur ex renuntiacione Episcopatus, aut illius praecisa priuatione Episcopum regularem non recipere in regularium Prelatorum subiecctionem; quia adhuc recinet consecrationem, & Episcopalem dignitatem, ratione cuius exemptione concessa est, ut curam animarum deposuerit. Secus esse si regular degradetur; quia per actualem degradacionem omnia priuilegia, & exemptiones auferuntur: sic sustinet Henr. lib. 10. de Sacram. ordin. cap. 32. n. 4. Danch. lib. 6. sum. cap. 6. nam 29. Layman. lib. 4. tratt. 5. cap. 1. num. 9. Barboza de potest. Episc. tit. I. cap. A. n. 18. vbi bene aduerdit recentem ex apostolica concessione inhabilem esse ad officia, & dignitates religionis, iuxta constitutionem 45. Paul. I. V. incipientem in sacra, vbi eligentes variis penis puniuntur.

22. Secunda difficultas est, à quo tempore regulari Episcopo competat supradicta exemptione? Respondeo à tempore electionis per Ponitescim confirmatae; nam ante confirmationem nec iurisdictionem habet, neque dignitatem obtinet. At confirmatione postea dignitatem consequitur, & iurisdictionem exercere potest. Quapropter ab eo tempore sub Poni-
tes protectione existit, iuxta. Texum in c. inter corporalia de-
translat. Episcopi. Est ergo ab eo puncto à regularibus Prae-
latis exemptionis. Sanch. lib. 6. sum. cap. 6. n. 32.

23. Tertia difficultas est, an gaudent regularis Prælatis priuilegiis, gratiis, & indulgentiis illius ordinis religiosis confessi? Negant abolitum Mendos, de priuilegiis, ad infar. Gloss. c. 11. Man. Rodriq. tom. 2. quæst. regul. q. 58. art. 4. Sanch. lib. 6. sumpt. cap. 6. n. 31. Mouentur; quia æquum non est, ut gratiis, priuilegiis ordinis concessis fruatur, quis eius onera non sustinet. Verum hac ratio non est satis efficax: nam ictio sustinet omnia onera religionis, sustine tamen onera substantialia, & praecipua, siquidem obligatus est castitatem, auerterat, & obedientiam ferare. Merito ergo priuilegiis religionis potiri, debet. Præterea loco regularium obseruationis succedunt obligationes Episcopatuum annexæ. Non igitur illarum exemptionem priuati religionis priuilegiis debet recipi cum illa exemptio a regularibus obseruationibus religioni honitorifica sit. Quapropter existimo regularum Episcopum vel posse omnibus indulgentiis, gratiis, & priuilegiis, ita ut ordini concedantur, vt singulis etiam concessa sint, nonrumque vobis absque villo onere, & grauamine religionis se potest, quia non video efficacem rationem, ob quam illi potiri debent, atque adeo poterit obtinere indulgentias, abluere, & absoluti a peccatis, sicut ceteri religiosi illius ordinis possunt, quodque amplius constitutis ex dendicis & ita suu- net. Suar. t. 4. de relig. trist. 8. lib. 4. f. 18. n. 2.

24. Si verò gratia, & priuilegia singulis concessa in relatio-
nis detrimentum cedere possunt, qualia sunt vocem acti-
m, & pauciū habere, restringere in dominib[us] d[omi]norum ordin-
um, retinere superelitem, cameram, & alia dictos ordines
incertitudine solum illis priu[ile]giis possumt de illo[r]um ordinum Præ-
torum confusum, & non aliis, nec alio modo: ita declarata
xius IV. prov[er]t refutatur in monumento ord. Minor. concepsit 36.
tradit Sua[re] dicto cap. 18. num. 3. Manucl. g. 59. art. 4. Ex qua
claratione non leue argumentum desumitur ad superioris di-
confirmaciona. Si enim hi gratis, quæ communiciati noce-
possunt, priuilegia non est Episcopis regulari, sed solum ne-
s vtratu[re] ab[us]u[re] Praetoriorum ordinis conuenientia fortiori pri-
uilegia non erit gratis, indulgentiis, & priuilegiis que nullo
modo religione nocent, & ventibus prolunt. Neque pro illo-
rum vni licentia Praetoriorum regularem expectanda est, cura
in cedar[um] illorum praieudicium. Præterea quia Sixtus IV.
primis gratias, & priuilegia, pro quo[rum] viu[er]i Praetorato[n] conueniens necessarius erat, tacite indicauit pro viu[er]i pri-
uorum, & gratiarum, que non sunt illius conditionis, praem-
tum conuenient non requiri. Illud vero certissimum est pri-
uilegia, & gratis corpori religionis, & in favorem illius,
cessis, qualia sunt priuilegia pro domorum adificatione,
administratione bonorum, subditorum regimine, & Praetato[n]
electio[n]e nullatenus Episcopum regularem vi posse
cum sit à corpore illius communiatissimum feuum, ne-
t gratis in illius corporis confraternitione concessis frui
tradit Sua[re] dicto iom. 4. de relig. trast. 8. lib. 3. cap. 18.
n. 2.

5. Quarta difficultas est, an ea quæ dicta sunt de Episcopis regularibus, competant religiosis electis in Cardinales Ecclesiarum Romanarum. Affirmat communis sententia refe Azorius, & iuris utriusque canonico.

Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. c. 18. in fine n. 4. eo quod veri religiosi maneat, & a regularibus Praelatis exepi. Quapropter astringuntur voto castitatis, paupertatis, & obedientie; ac proinde testari non possunt, nec sibi aliquid acquiri, siue et non possunt Episcopi, obediens tenetur Summo Pontifici, non tantum ut viueralis Ecclesia Praelato, & ob iurisdictionem; quam ex vi Pontificiae dignitate habet, sed tanquam supremo religiosorum Praelato, & ex vi voti, & iurisdictione in illo fundata. Praelatis tamen regularibus subiectum non sunt, sed a tempore electionis per Pontificem confirmata subduntur immediatè Romane Pontifici; ac proinde ad obseruantias regulares votaque ex praescripto religionis emissi non tenentur, habitum tamen suum religiosus factem q[uod]ad colorem deferre debent. Quod si a Cardinalatu depnatur, vel illum renuncient, credo in Praelatorum regularium obedientiam reincidere. Quia renunciatione, & depositione praescripta dignitate, ob quam exemplo concessa erat. Non enim illa dignitas specialem consecrationem, sicut Episcopalis haberet.

16. Hanc doctrinam extendit probabiliter Sanch. lib. 6. sum. 6. cap. 9. m. 35. ad regularem electum in Abbatem, aliamque dignitatem propriam diocesum habentem, nemini alteri subiectum: quia per unionem ad secularem Ecclesiam, & obligationem regendi illam eximitur a Praelatorum obedientia & sub obedientia & protectione Pontificis constituitur. Est enim quasi Episcopus iurisdictionem quasi Episcopalem habens.

P V N C T V M XXV.

Qualiter regularis promotus ad parochiale Ecclesiam votis religionis, & illius obseruantis tenetur.

S V M M A R I V M.

1. Distinguitur de Ecclesia parochiali pleno iure religioni subiecta, vel non.
2. Hic regularis non tenetur suo Praelato regulari obediens in iis, que ad beneficij administrationem pertinent, tamen quod reuocationem, si beneficium manuale sit, & religioni pleno iure subiectum.
3. Hic parochus votis substantibus religioni tenetur. De alia votis ex praescripto reguli emissis, est difficultas, affirmat Suar. veritus est oppositum.
4. Monachos translatos ad Ecclesiam secularem, vel regularem pleno iure religioni non subiectam exemplis eis ab obligatione graui habendi socium. Canonicus autem regularis habere debet, si commode possit.
5. Satis sit textibus contraria num precedent, adductio.

Regularis promoueri potest ad parochiale Ecclesiastri religioni pleno iure subiectum, vel non subiectum. Quae autem ha sunt, & quas habeant qualitates, tum tract. de benef. disp. 1. punct. 1... tum disp. præc. de paupertate, religiosa punctum... diximus. Si promouatur ad parochiale Ecclesiam pleno iure religioni subiectam, certum existimo non solum obligatum esse tribus religionis votis, sed etiam omnibus aliis ex religioni praescripto emissi, aliiisque regularibus praepeditis, quatenus in eo officio commode seruari possunt: quia per assumptionem ad illam Ecclesiam non definit esse membrum religionis, nec a religione separatur Sanc. alii relatis lib. 6. c. 6. m. 16. Suar. c. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 19. m. 6. & 18. Layman. lib. 4. sum. tract. 5. c. 1. n. 11.

2. Sed est aliquis difficultas h[ic] regularis tenetur suo regulari Praelato obediens in iis, que ad beneficij administrationem pertinent? Breuiter respondeo, ex voto obedientie nullo modo teneri: quia esto beneficium sit integrè ad Episcopij iurisdictione exemptum, & Praelato regulari subiectum ram in spiritualibus, quam in temporalibus; eius tamen obseruatio est extra regulam, & obseruantiam regularem, ac proinde non est materia voti obedientie religioni. At obligatus erit Praelato regulari praesipienti obediens, sicuti alii clerici seculares obligantur Episcopo praesipienti obediens, Suar. 1. 4. de relig. tract. 8. lib. c. 19. n. 19. Quoad reuocationem vero, si beneficium illud manuale sit, credo ex voto obediens obligatum esse religiosum suo Praelato regulari reuocanti obediens; quia si ex voto obedientie obligari potuit ad beneficium illud regulare acceptandum, argum. cap. quorundam de Electione in 6. & docuit Suar. com. 2. de Regulari. n. 6. Suard. c. 19. à n. 5. à fortiori poterit obligari in reuocatione ad claustrum. Præterea; quia de ratione beneficij manuatis est, ut ad eum Praelati tolli possint; sublato ergo beneficio necessario parochus regularis ad claustrum redire debet; quia non habet titulum quo eximatur, & ita sustinet Suar. dictio c. 19. à n. 2. Si vero beneficium sue regulare, sue facultate non sit reli-

gioni pleno iure subiectum, eo ipso perpetuum est comparatione Praelatorum regularium, ita ut Praelati regulares priuare non possit monachum beneficium, neque illum ad claustrum reuocare. Nam esto in principio liberi fuerint in praestando consentiunt religiosus ad illud beneficium promoueretur, et tamen promoto penes ipsos non est reuocare.

3. Difficultas ergo est, an hic parochus ad religionis vota obseruantias regulares tenetur? Teneat ad vota subiecta, prout in eo munere seruari possint nemini est dubium; quia verus religiosus maneret. Et idem est de obligatione defendi habitum religiosum, ita ut Texum in cap. 2. Ne clerici, vel Monachi in 6. Que tamen obligatio strictior est, quam in Episcopis, & Cardinalibus. Quia hi tenentur defere habitum religiosum non solum quod colorere, sed etiam quad figuram. Et præterea si id omitteret, incidere in excommunicationem dict. c. 2. quia assumptio praescripta habens clericis non tollit occasio vagandi, sicut videtur sublata Episcopalis habitus assumptio. Sanch. lib. 6. sum. cap. 6. num. 16. Layman. lib. 4. tract. 5. cap. 1. num. 11. Quocirca de aliis votis ex praescripto regulæ emissis, regularibus obseruantibus procedit difficultas; et an regularis translatus ad dictum beneficium obligetur? Affirmant Sanchez & Layman supra. Moventur; quia in supradicto parochio non militat causa exemptionis, quæ in Episcopo: quippe non est in culmine magisterij constitutus ac proinde regulæ, præstabilitate regularibus subiecti non dederet. Ceterum verius cento ab his omnibus exemptum esse, sicuti est exemplus Episcopum. Differunt tamen est, quod Episcopus non solum exemplis ratione officij, & beneficij, sed dignitate Episcopalis, que nec depositione, nec renunciatione cessat; et parochus solum ratione officij, & beneficij extimur, quo beneficium per renunciationem, vel depositionem sublatu[m] in obedientiam Praelatorum regularium recedit: sic fuit nec Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 19. num. 14. & num. 28. Ratio est, quia suscepit illius beneficij etiam regulare fit, maneret regularis a religione separatus; quia manet Ecclesia, cuius est beneficium unitus a religione, et quia Praelatus independenter. At vota, quæ ex praescripto regulæ emituntur, reliquæ obseruanties regulares statuta sunt, (ut vide in superioribus diximus) pro corpore religiosis confertur, & augendo. Ergo regularis, qui pars illius corporis non est, nec illud constituit, supradictis votis, & obligationibus tenui non debet.

4. Sed inquires; an regularis in parochiis assumptus tenetur habere secum socium sui ordinis? Et quidem ex regulari solum obligari potest parochus pleno iure religioni subiectus. At quia haec obligatio non ex regulâ, sed ex iure communis nascitur cap. Monachi 2. de statu monach. & cap. quid Dei timorem eodem iiii. explicantum est, qualiter haec obligatio intelligatur? Et omisissi variis sententiis, quas optimè refert Sanchez. lib. 6. sum. cap. 6. in fine num. 39. dicendum existimo, monachum translatum ad Ecclesiam secularem, vel regulari pleno iure religioni non subiectam exempli sive ob obligatione graui praescripto emissi, aliiisque regularibus praepeditis, quatenus in eo officio commode seruari possunt: quia per assumptionem ad illam Ecclesiam non definit esse membrum religionis, nec a religione separatur Sanc. alii relatis lib. 6. c. 6. m. 16. Suar. c. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 19. m. 6. & 18. Layman. lib. 4. sum. tract. 5. c. 1. n. 11.

5. Neque obstant Texum in c. monach. & quid Dei timorem. de statu monach. ubi ex Concilio Lateran. cauteretur monachis singulis per villas, & oppida per quæcumque ponantur Ecclesias. Ergo etiam in Ecclesiis non subiectis religioni singulari poni non debent. Notanda enim est dictio quasnapque quæ viueralis est; ac proinde tam Ecclesias facultates, quam regulates, & tam pleno iure religioni subiectas, quam non subiectas comprehendit. Deinde Texum in cap. quid Dei timorem agebat de promotione canonici regularis ad Ecclesiam monasterio non subiectam, & ut propter eam promotionem fieri posse, neque obstat per Concilium Lateranensem causeatur monachi singulis Ecclesiis quibuscunque, praeficiuntur ibidem

DE
ASTRI
PALAY
TON.
IIID